



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Casvum Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque  
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

xvij. De homicidio, vel mutilatione facta ab aliquo defendente se ab iniquo  
inuasore.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13883**

Tabiena, verbo, Irregularitas, 2. §. vigesimo secundo. Syluest. verb. Homicidium, 3. q. 2. vers. primum. Nauar. in Man. c. 27. num. 2. 12. Angelica, verbo, Homicidium, 5. in princ. Summa Ales. par. 2. lib. 6. titu. 1. 4. artic. 4. Ioseph Angles, in Florib. 4. Sent. part. 1. quæst. de Sacram. ordin. art. 4. Maiol. lib. 2. c. 8. num. 1. & 2. Henriquez lib. 14. c. 12. §. 9. Quibus enim illa vis & coactio excuset a peccato, non tamen ab irregularitate, secuta morte, aut mutilatione. Et fati est quouis modo reum proderet etiam occultum. Et fati est quouis modo reum proderet etiam occultum, & complicem delicti, aut iudicarem viam quæ reus iur., aut contra eum testificari, ad hoc, ut sit irregularis, ex Panor. in cap. Qui cum fure, de furt. Maiol. & Henriquez vbi su. p. Vnde, cum quis probabiliter timeret secutam mortem, aut mutilationem furis, non tenetur indicare furem, nec, aut mutilationem furis, non tenetur indicare furem, nec, ut rem suam repetat, ex Hostiens. & Panorm. in d. cap. Qui cum fure, & Maiolo lib. 2. cap. 8. num. 3. & 4. Item, testes ad torturam, vel alias partes processus præiudiciales reo rogati, irregulares sunt, secuta eius morte, aut mutilatione, ex Maiolo cit. num. 5. & Henriquez vbi supra, §. 9. Immo, testis qui non deposuit de delicto, quia interrogatus, sed rogatus de fama, & de ea deponens, cooperatur est iudicij. Et idem dicendum est de eo, qui interrogatus in reus solitus sit ferre arma, vel noctu vagari, de ijs respondens, quia per hoc aggregatur opinio rei, cooperatur censetur. Sicut etiam qui interrogatur de minis, aut alijs verbis, super quibus Index sententiam suam fundat, secuta morte, aut mutilatione irregularis erit. Et denique si ex verbis testis fur inueniatur, aut occidatur, aut mutilatur, irregularitatem incurrit, ex Syluest. in verbo, Homicidium, 3. q. 7. vers. Sextum. Maiol. lib. 2. cap. 8. num. 2. & Henriquez lib. 14. cap. 12. §. 9. Vnde, si quis in viuo, vel in uiuo constitutus sit, & interrogetur a satellite qua via fur abiit, & respondeat: hac non iur., irregularis erit, si sequatur mors, aut mutilatio, cum exinde satellites probè conijcere possit qua via abierit, Angelica, verbo, Irregularitas, 2. §. 1. num. 14. Syluest. verbo, Homicidium, 3. q. 7. vers. Sextum. Tabiena, verbo, Irregularitas, 2. §. vigesimo secundo. S. Anton. 3. par. tit. 29. cap. 2. §. 1. in fine Ales. in Summa, par. 2. lib. 6. titu. 1. 4. art. 8. quæst. 23. ideoque vti poterit verbis ambiguis, aut possit non respondere, ex Maiol. lib. 2. cap. 8. num. 2. & Henriquez lib. 14. c. 12. §. 6. & citat. Nauar. in Man. cap. 18. num. 61. quod intelligitur extra iudicium, in iudicio enim veritatem testari sine ambiguitate debet.

10. Quarto Inferitur, Actorem contra reum agentem, aduocatum, procuratorem, & sollicitorem fiscalem, item qui iudicè de causa & processu informat, aut processum summat ad faciliorem iudicis instructionem, aut qui in fauorem sibi elicit dubias, contrarietates, exceptiones, aut nullitates, irregulares esse, secuta morte, vel mutilatione, secundum gloss. & DD. in cap. aliquantos, seu vti alij textus habent, in cap. aliquando, d. 51. Panor. in cap. sententiam, Ne clerici vel Monachi. Hostiens. in ca. ad audientiam, de homicid. Ales. in Summa par. 2. lib. 6. titu. 1. 4. art. 4. Syluest. verbo, Homicidium, 3. quæst. 2. vers. primum. Na. in Man. c. 27. n. 12. Martin. Ledes. 2. 4. q. 26. art. 2. tra. 6. de irreg. pag. 364. colum. 3. Angelicam, verbo, Homicidium, 5. in princ. Maiol. lib. 2. c. 9. num. 1. & 2. & Henriquez lib. 14. c. 12. §. 8. & §. 10. Item Iuriscōsultus, aut quilibet alius Doctōr consultus super facto contingenti, & in iudicium deducto, & rogatus quæ pena de iure tali delicto debeat, si respondeat deberi vindictam sanguinis, vel mutilationis, irregularis erit, si exinde Index eum occidi, aut mutilari faciat, arg. d. c. sententiam, & Specu. tit. de dispensat. §. iuxta, vers. Sed queritur quando. Maiol. lib. 2. cap. 9. nu. 6. & Henriquez lib. 14. c. 12. §. 10. Quod etiam procedit nō solum in consultore contra reum, sed etiam in consultore pro reo, si exinde absoluat reus, & occidi, aut mutilari faciat accusatorē, ex eo quod accusator pena talionis puniatur, quia ad consilium eius reus accusatori penam talionis obiecit. Panormitan. in capitu. Clericis, numero 10. Ne clerici vel Monachi. Host. in capit. ad audientiam, de homicid. 1. Tabiena, verbo, Irregularitas, 2. §. Decimo Maiol. lib. 2. capitulo 9. numero 7. & Henriquez lib. 14. capitulo 12. §. 10. Consultores verò, qui diuersas scriptorum sententias

referunt, etiam circa causam contingentem, & in iudicio pendentem non sunt irregulares. Spec. vbi supra, §. iuxta, versicul. Quid si Index. Maiol. & Henriquez vbi supra sic. nec qui eas refert de cathedra, aut ostendit auctorem qui eas opiniones refert. At verò si relatis hinc inde sententijs diuersis, quis suam afferat, aut dicat se talem sententiam & auctorem sequi, erit irregularis, si iudex eam sequens, reum morte, aut mutilatione puniri faciat, argum. c. ex literis, de excess. prælat. Spe. Maiol. cit. nu. 10. Raym. tit. de homicid. vers. item nota.

12. Quinto Inferitur, Executores vindictæ sanguinis, & omnes comites, satellites, milites iustitigilictores, quos vulgus Birros, & Bargellos vocant, esse irregulares, capit. sententiam, Ne Clerici vel Monach. Spec. utul. de dispens. §. iuxta, versicul. item litigiosus. Maiol. lib. 2. capitulo 10. numero 1. & 2. & Henriquez lib. 14. capitulo 12. §. 2. Inter executores autem numerantur ministri torturæ, ligantes, & trahentes funem, ut rei confessionem extorqueant. Item deferentes instrumenta parata ad exercendam vindictam sanguinis, vt funes, malleos, gladios, cippos, scalas; Item qui scalam faciunt, aut gladium acui, ut illo statim iuguletur reus, aut membrum eius absindatur, argum. capitul. quæsitum, & seq. 23. quæst. 4. Syluest. verbo, Homicidium, 3. quæst. 2. versicul. secundum. Tabiena, verbo, Irregularitas, 3. numer. 26. §. vigesimo quinto Maiol. lib. 2. capitulo 10. numero 2. & Henriquez lib. 14. capitulo 12. §. 2. Nauar. in Manual. capitulo 27. numero 217. versicul. vndecimo. Frat. Medina lib. 1. Instru. capitulo 11. §. 10. Item irregulares sunt nuncios, mandatarij, cursores in causa sanguinis deputati, sunt enim hi omnes cooperatores iudicij sanguinis. Specul. d. §. iuxta, versicul. item litigiosus. Maiol. lib. 2. capitulo 10. numero 6. & Henriquez lib. 14. capitulo 12. §. 10. Item illi omnes, qui de familia Prætoris pedestres, aut equestres comitantur malefactorem cum ducitur ad mortem, cum vadant ad defensionem si oporteret. Syluest. verbo, Homicidium, 3. quæst. 2. versicul. secundum. Tabiena, verbo, Irregularitas, 2. §. vigesimo, & verbo, Irregularitas, 3. §. vigesimo quarto, Nauar. in Manual. capitulo 27. numero 217. §. vndecimo, & Henriquez lib. 14. capitulo 12. §. 2. (non tamen populus qui ad spectandum accedit) Item præco qui reu præcedit, & causam mortis proclamat. Henriquez vbi supra. Item, qui satellites monet, vt caute & tuto reum deferant, & custodiant, ne fugiat, ex Maiolo, lib. 2. capitulo 10. numero 4. & Henriquez lib. 14. capitulo 12. §. 2. Sicut etiam qui ducentibus furem dicit, vt claudat os eius, ne clamet, ex Syluest. verbo, Homicidium, 3. quæst. 7. vers. Quinto. Angelica, verbo, Irregularitas, 1. §. 3. irregularis est, qui id limitat, dummodo mors probabiliter fuisset impedita, aliàs non. S. Antoninus autem 3. par. titu. 29. §. 1. in fine, & Rosella, verbo, Irregularitas, 1. §. 5. & Tabiena, verbo, Irregularitas, 2. §. Decimo octaui, post Veruec. & Guil. & Alesens. in Summa, part. 2. lib. 6. titu. 1. 4. artic. 8. quæ. 21. simpliciter tenent, quod sit irregularis, quia iuuat ducentes dando consilium, vel persuadendo, quorum opinio in praxi tutior est. Item qui videns latronem fugientem clamat, aut sonitum dat campanæ ad conuocandum populum, ex quibus captus postea occiditur, irregularis est. Tabiena, verbo, Irregularitas, 2. §. Decimo nono. Maiol. lib. 2. capitulo 10. numero 5. Item, qui pulsat campanam vt conuocetur populus, quando reus ducitur ad mortem, si id faciat, vt reus securius ducatur ad mortem, secus autem si solummodo pulset ad signum, & publicum exemplum, ex Maiol. lib. 2. cap. 10. numero 5. His iura in vniuersum ex prædicta regula illatis, dubia quædam in sequentibus dissoluenda sunt.

**De Homicidio, vel Mutilatione facta ab aliquo defendente se ab iniquo inuasore. Cap. XVII.**

**S Y M M A R I V M.**

**I Occidens, aut mutilans defendendo se ab iniusto inuasore cum moderamine inculpate tutele, irregularis non est.**

Tit. 2 Occi-

- 2 Occidere licet iniustum inuasorem cum moderamine inculpatæ tutelæ, etiamsi inuasor talis in peccato mortali sit moriturus.
- 3 Occidere licet iniustum inuasorem cum moderamine inculpatæ tutelæ, ut se defendat, ne membrum aliquod sibi abscindatur.
- 4 Occidere licet sine incurfu irregularitatis inuasorem iniustum, ne graue vulnus ab eo recipiat.
- 5 Defensio sui cum moderamine inculpatæ tutelæ, tam Clericis, quam laicis, iure naturæ competit.
- 6 Occidere licet innocentem, ne quis ab eo iniuste occidatur vel mutiletur.
- 7 Moderamen inculpatæ tutelæ quidnam sit, & quando tale censendum.
- 8 Aggressorem præuenire, an verò expectare teneat primum ictum ad hoc, ne excedat modum.
- 9 Clementina, [ Si furiosus, de homicid. ] an nouum ius condatur, vel solum antiquum declaratur.
- 10 Clementina, [ Si furiosus, de homicid. ] an reuocata, vel mutata sit per Concilium Tridentinum.
- 11 Occidens inuasorem, ut vitam suam defendat, in casu, quo satis esset eum vulnerare, irregularis est.
- 12 Occidens inuasorem cum moderamine inculpatæ tutelæ ad sui defensionem, etiamsi id faciat ex odio, irregularis non est.
- 13 Occidens parantem sibi insidias, ut eum interficiat, irregularis non est.
- 14 Defendens se ab inuasore, si vocet socium, ut ipsum inueniat, & socius inuasorem occidit, primus ille non sit irregularis.
- 15 Occidens inuasorem fugientem irregularis est.
- 16 Occidens inuasorem, quando mortem, aut membri abscissionem fugiendo euadere possit, irregularis est.
- 17 Clericis, religiosis, & infimæ sortis hominibus, fuga ignominiosa non est.
- 18 Occidens inuasorem ad vitam suam defendendam irregularis non est, etiamsi sua culpa se in hanc necessitatem ingesserit.
- 19 Adulterium ex sua natura ad homicidium adulteri non ordinatur.
- 20 Adulter, quando irregularis efficiatur, si exinde mors, aut mutilatio sequatur.
- 21 Occidens, aut mutilans aggressorem patris, fratris, aut alterius consanguinei, aliter mortem eius vitare non valens, irregularis non est.
- 22 Occidens, aut mutilans aliquem ob bonoris, aut bonorum suorum defensionem, an sit irregularis.
- 23 Honorem, aut famam suam defendendo cum alterius occisione, quando irregularis efficiatur.
- 24 Vita proximi, quando rebus temporalibus proximi præponenda sit.
- 25 Raptorem bonorum suorum cum moderamine inculpatæ tutelæ, quando occidere liceat.
- 26 Occidens furem nocturnum, an & quando reus homicidij censeatur.
- 27 Occidere hominem ad recuperanda bona sua, quando inuasor aliter capi nequeat, an licitum sit.
- 28 Monacho infamia non est ab hoste fugere.
- 29 Homicidium, aut mutilatio ab homine carente usu rationis facta irregularitatem non inducit.
- 30 Infantia quousque durare censetur.
- 31 Doli capax qui non est, occidendo hominem, irregularis non efficitur.
- 32 Furiosus, hominem occidendo, irregularis non est.
- 33 Dormiens, hominem occidendo, irregularitatem non incurrit.

- 34 Ebrius, hominem in ebrietate occidens, irregularis non est.
- 35 Ebrius culpa sua, & voluntariè factus, an & quando hominem occidendo, irregularitatem incurrit.
- 36 Actus in somno contingens peccatum est eo modo, quo actus exterior in executione peccatum iudicari solet.
- 37 Imaginatio in vigilia, cum omnino certa non sit, raro causa propinqua, & efficax homicidij in somno facti esse censetur.

**A** Nequam dubia proponamus, præmittenda sunt nonnulla, quæ ad rem hanc cognitu necessaria sunt. Quorum

Primum est, Certum esse ex Clem. si furiosus, de homicid. non incurri irregularitatem, si quis occidat, vel mutilet defendendo vitam suam ab iniusto inuasore, cum moderamine inculpatæ tutelæ, & communis est omnium recentiorum sententia, Nauar. in Manual. cap. 27. num. 211. Couarr. in Clem. si furiosus, part. 3. §. vnico, num. 1. de homicid. Soti, lib. 5. de iustit. q. 1. art. 8. & 4. dist. 16. q. 2. art. 1. vers. Duæ priores Caiet. in 2. 2. q. 64. art. 7. Frat. Michaelis Salon, in 2. 2. qu. 64. art. 8. Controuersia 2. in princip. Petr. Nauarr. de restitut. tomo 1. cap. 3. num. 364. Frat. Medin. libr. 1. Instruct. Confess. cap. 11. §. 10. Maior. lib. 5. cap. 48. in princip. num. 6. Ioseph. Angles in Florib. 4. Sent. quest. de Sacram. ordinis, art. 4. Iacobus de Grassi. lib. 2. ca. 65. num. 1. Henriquez lib. 14. cap. 10. §. 2. Martin. Ledesm. 2. 4. quest. 26. art. 2. tract. de Irreg. pag. 364. colum. 3. Syluest. verbo, Homicidium, 3. q. 4. & in verbo, Bellum, 2. q. 6. Cuius ratio est: quia ius naturale hoc dicit, ut quisquis potius vitam propriam, quam vitam proximi tueatur, id quod certum est, quando aliter vitam suam tutari non possit, quam proximum occidendo, vnde in l. ff. de iustit. & iure, §. vim, dicitur, vim vi repellere licet, & cap. 3. de sentent. et commun. & lis qui aggressorem, & lis qui percussorem, C. de sicarijs. Id quod eleganter Cicero in orat. pro Milone his verbis expressit. *Est, inquit, hæc Iudices non scripta, sed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa arripimus, hausimus, expressimus: ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus, ut si via nostram aliquis insidias, si in vim, in tela aut latronum aut inimicorum incidisset, omnis honesta ratio esset expedienda salutis. Silent enim inter arma leges, nec se spectari iubent, cum ei, qui spectare velit, ante iniusta pena luenda sit, quam iniusta repetenda.* Hactenus Cicero.

Quoad dictum procedit primo, etiamsi sic se defendens faciat iniustum inuasorem esse in peccato mortali, & in eo moriturum, ut tradunt Maior. 4. dist. 15. q. 20. Soti lib. 5. de iustit. qu. 1. art. 8. Couarr. in Clem. si furiosus, part. 3. §. vnico, numer. 1. de homicid. Petr. Nauar. tom. 1. lib. 3. de Restit. nu. 333. Quicquid Gerson in tract. de Eucharistia. Abulens. super Matth. c. 5. q. 109. & Gonsaluis à Villadiego, tract. de Irreg. cap. de percussore, velint in hoc casu non licere inuasorem occidere pro vita propria tuenda, eo ducti argumento, quia vnusquisque tenetur vitam spiritualem proximi propriam temporali anteferre: cum ergo aggressor periclitetur in vita spirituali, & æterna damnatione, si in tali statu occidatur, lege, & ordine charitatis tenetur aggressor permittere se occidi, nec aggressorem occidere possit, cum in extrema necessitate anima constitutus sit. Quæ ratio facile diluitur: Tunc enim vitam tenetur pro spirituali vita proximi ponere, quando ipse est in extrema necessitate spirituali, ut si videam mulierem volentem recedere à fornicario non posse, nisi me opem illi fererem, aut sciam aliquem decipi ab hæretico, nec posse illum ab ea deceptione liberari, nisi meam doctrinam, tunc tenetur cum periculo vitæ mulierem illam iuuare, ut recedat à fornicario, & simplicem illum docere, ne ab hæretico decipiatur: In casu autem nostro aggressor ille non est in extrema necessitate spirituali absolute, sed voluntariè, & ex malitia sua, deficiente do. n. ab aggressionem, quod est in facultate eius, cessabit omnino illa necessitas, id è non tenetur cum periculo vitæ

vite mee, vitam eius saluare, & illi, non mihi imputabi-  
tur peccatum & mors, non solum corporis, sed etiam ani-  
mæ, si non conteratur, aut ab aggressore ex malitia pro-  
pria desistere alicui. Sic Caret. in 2. 2. quest. 64. art. 7. So-  
lus lib. 3. de iustit. quest. 1. art. 8. vers. laborat Civitas. Petr.  
Nau. de Restitut. tom. 1. lib. 2. cap. 3. num. 335. & Mich.  
Salon. in d. q. 64. art. 7. Controversia 1. Conclus. 3. ad 2. A l-  
de, quod etiam impetitus non est de sua gratia certus, &  
ita non tenetur se in discrimen conijcere.

Secundo procedit, quando non solum alium occidit ad  
necessariam vite propriæ defensionem, sed etiam, vt se  
defendat, ne aliquod membrum sibi abscindatur, neque  
enim in hoc casu occidendo iniustus est irregularis erit. Sic  
Cardin. quem refert, ac sequitur Conar. in Clem. Si furio-  
sus, par. 3. §. vnico, num. 2. de homicid. Syluest. verbo; Ho-  
micidium. 3. quest. 4. vers. prim. in Rosella. Homicidium  
4. num. 1. Nauar. in Man. cap. 27. nu. 211. & Petr. Nauar.  
in d. q. 64. art. 7. de Restitut. num. 347. §. Quæritur & nu.  
168. Alphons. Viuald. tract. de Irregul. num. 224. Mich. Sa-  
lon. in 2. 2. quest. 64. artic. 8. Controversia, 2. Concl. 1. &  
Henriquez l. 1. c. 10. §. 2. & §. 3. quicquid Lupus in Clem.  
Si furiosus, quem sequitur & refert Mutol. lib. 5. cap. 48.  
in principio, num. 7. & Gonzalus a Villa diego tract. de Ir-  
reg. cap. de percussore colum. 14. falsò putent eum in hoc  
casu fore irregularem. Ratio autem pro nostra opinione  
est, quia, vt diximus, mors, & mutilatio membri æquipol-  
lent, & ius naturale hoc dicere videtur; Cum enim sepè  
ex membri abscissi non sequatur mors, licet enim in iusto-  
rem occidere, ne membrum sibi amputetur. Hoc autem,  
quod diximus, intelligitur, dummodò nò excedat modera-  
men inculpatæ tutelæ, si enim excederet, tunc erit irre-  
gularis, cum talis defensio esset culpabilis, arg. l. r. C. Vnde  
vi, de cap. vt famz, §. vlt. de sentent. excomm. in. & cap. si-  
gnificasti, 2. vbi glo. & DD. de homicid. & præfati aucto-  
res tradunt, & colligitur ex Clem. Si furiosus, de homic.  
vbi dicitur Mortem aliter vitare non valens, vnde qui occi-  
deret percussorē ab eo fugientem, est irregularis, id quod  
etiam tradit gloss. in cap. si perfidens, in verbo legibus,  
de homicid. quia talis excedit moderamen inculpatæ tu-  
telæ.

Tertio procedit, quando quis occidit iniustorem, ne re-  
cipiat ab eo graue vulnus, vel deformit, vt enim Mich. Sa-  
lon. in 2. 2. quest. 64. art. 8. Controu. 2. Concl. 1. & alij re-  
centiores, & docti existimant, non erit in hoc casu irregu-  
laris; Quia sic se defendens verè vitam tueri dicitur, cum  
omnia hæc ad vite consistentiam pertineant, vt constat;  
& tenet Alph. Viuald. vbi supra, nu. 226.

Quarto procedit non solum in laicis, sed etiam in Cleri-  
cis, & Religiosis, ex Petro Nauar. tom. 1. de restitut. libr.  
2. cap. 3. numer. 245. §. secundo, & Mich. Salon. in 2. 2. quæ-  
64. art. 7. Controversia 1. Concl. 2. §. Tertio. & Panorm.  
in cap. 2. num. 2. de vita & honest. Cleric. iacob. de Grass.  
lib. 2. cap. 65. num. 9. Quia priuilegio naturali propriæ de-  
fensionis, & vim vi repellendi omnes homines gaudent,  
cuiuscumque status, & ordinis sunt, nec eo aliqua lege hu-  
mana expropriantur, vnde & laico contra Clericum, & Cle-  
ricum contra laicum licita est defensio sui; Neque exinde  
excommunicatio vlla incurritur, nec vlla irregularitas.

Quinto procedit etiam in iniustore innocente, ita scilicet,  
vt hauriam sit occidere innocentem, si me iniudat: vt si  
puer, aut freneticus, vel amens, vel dormiens, me occisu-  
rus est, nec aliter saluus esse possum, nisi occidendo ipsum  
occidens non ero irregularis, vim enim illam repellere li-  
ces, est non sit iniuste illata. In pari enim causa innocen-  
tiam, mihi magis teneor, sic Cordub. l. 1. r. qq. q. 3. sub 4. ra-  
tione 2. opinionis, vers. sed vt semel appellans illum iniu-  
stum iniustorem ex parte cause, licet non ex parte subie-  
cti iniudantis. Iniudans enim in hoc casu non peccat, nec  
est iniustus, ac causa iniusta est; sine causa enim sum occi-  
dendus, idem colligitur ex Soro, lib. 5. de iust. quest. 1. art.  
7. in fine corp. & Petro Nau. tom. 1. de Rest. lib. 2. ca. 3. nu.  
147. §. vltimo colligo.

Secundum quod premitendum est, pertinet ad modera-  
men inculpatæ tutelæ, requiritur enim, vt defensio sit in  
culpatæ, sicut enim qui alium occidit, aut mutilat ad ne-

cessariam sui corporis defensionem, quando aliter vitare  
illa non possit, neque peccat, neque irregularis est, vt dixi-  
mus, ex Clem. Si furiosus, de homicid. & capit. 1. de homici-  
cid. vbi Panormita. numer. 4. ita qui non ex proposito, sed  
ad necessariam sui defensionem hominem interficit, non  
seruato moderamine inculpatæ tutelæ, & homicida est, &  
irregularis, ex Panorm. in colim. 1. nu. 19. & Innoc. ibi. de  
restitut. spoliat. & in c. significasti, 2. num. 5. & numer. 9. de  
homicid. vbi docet multa attendenda esse, vt defensio di-  
catur inculpatæ.

Primo, tempus, scilicet, vt faciat incontinenti, id est, vt  
occidat, aut mutilatio aggressoris fiat in ipso actu aggressi-  
onis, & defensionis, & non postea interueniente aliquo  
intervallo, & postquam cessauit aggressio, vt habetur in  
d. ca. significasti, 2. de homicid. & Alexand. lib. 1. conf. 76.  
109. & 119. & Mich. Salon. 2. 2. quest. 64. art. 7. Controu.  
1. Concl. 3. Quod intelligitur, nisi timeretur secunda per-  
cussio, quia tunc esset defensio percussoris. Vnde si aggressor  
sensens se deficere viribus, desistat, vel fugiat, vel dura-  
nte rixa dicat quacunque de causa vt desistat nec se vel-  
le amplius rixari, non potest tunc aggressus illum occide-  
re, quia cessauit iam violentia, nec est tunc necessitas talis  
occidit ad propriam defensionem, nec eum occidere po-  
test propter illatam violentiam, quia hoc iam non est de-  
fensio, quæ licet, sed punitio, quæ ad solum iudicem spe-  
ctat.

Secundo, fieri debet causa defensionis, & non animo vl-  
ciscendi, vnde, si poterit impedire ictum alterius, & non  
impediuit immo percussit lethaliter, excessit fines meræ  
defensionis necessariae.

Tertio considerandus est animus aggressoris, in qua re  
attendit debet circumstantia, vt qualitas armorum, &  
statu; vtriusque; Si enim vnus fortis aggreditur fortiorē  
cum pagis non debet fortior resistere cum gladio, ex  
quo potest sine eo repellere iniuriam. Item si veniebat cū  
baculo & iste potens erat resistere cum baculo, non debet  
capere ense.

Quarto ait tunc seruati moderamen, quando id sit quo-  
omnino iniuria repelli non poterat: Non enim alicui impu-  
tatur, quod facit, si aliter defendere se non poterat, & ini-  
uriam repellere, arg. l. sciendum, §. qui cū aliter, ff. ad leg.  
Aquil. & Bart. in l. r. C. vnde vi. Et tandem concludit dari  
non posse certam Regulam, quando quis steret in me-  
ris finibus defensionis, aut excefferit modum, sed hoc re-  
linquendum est arbitrio iudicis prudentis habita ratione  
qualitatis personarum, actuum, & verisimilis periculi im-  
minentis.

Sola difficultas est, An possim aggressorem meum præue-  
nire, an verò expectare debeam primum ictum, ad hoc  
ne excedam modum? Refert Mich. Salon. in 2. 2. quest. 64.  
art. 7. Controu. 1. Concl. 3. vers. secunda conditio, ex-  
presse docet præuenientem, & homicidam, & irregularem  
esse, cum talis occisio non sit verè defensio, & propulsio  
iniuriæ, sed præuentio, quæ non conceditur. Alij tamen, vt  
Panorm. in colim. 1. in fine, de restit. spoliat. & gloss. in l.  
si ex plagis, §. tabernarius, ff. ad l. Aquil. & Bar. ibidem &  
Soro lib. 5. de iust. quest. 1. artic. 8. vers. At verò. Nauar.  
in Man. cap. 15. num. 3. & Petr. Nau. lib. 2. de restitut. cap.  
3. num. 348. & 349. & Henriquez lib. 14. cap. 10. §. 4. Iaco-  
bus de Grass. lib. 2. cap. 65. num. 6. & 7. Alphons. Viuald.  
tract. de Irreg. num. 215. docent posse prius percutere, &  
asserunt exemplum de muliere, quæ inuenit pugionem  
sub puluinaris, vt a marito dormiens occidatur; & hoc,  
quia forte postea non erit locus defensionis; In hoc enim  
casu censetur quis potius repellere iniuriam, quàm infer-  
re; Quorum opinio mihi etiam verior videtur, quoties ve-  
risimilia præcedunt indicia, & actus manifesti, quod ille  
intendit offondere & alter nisi præueniendo se defende-  
re postea probabiliter non posse putat. Id quod prudenti-  
æ & arbitrio boni viri, habita ratione circumstantiarum,  
relinquo His premissis.

Dubium primum sit, An Clemētina Si furiosus, de homi-  
cid. condant nouum ius, an solum declararet antiquum,  
quod est dicere; An priusquam Clementina hæc edi-  
ta sit, irregularitas incurtebatur, si quis occideret, vel



mutilaret inuaforem ob vitæ propriæ defenſionem?

*Prima* opinio eſt dicentium nouum ius condidiſſe, & ita ante eam incurſiſſe irregularitatem in hoc caſu; Sic S. Thom. 2. 2. quæſt. 64. art. 7. ad 3. Palud. 4. diſt. 25. q. 3. artic. 2. Concluſ. 3. Alexander de Ales. in Summa, part. 3. quæſt. 34. memb. 2. art. 2. §. 2. Summa Confeſſ. lib. 2. tit. 1. qu. 12. & 21. ſenſiſſe videntur, cum dicant irregularem eſſe, qui occidit ob vitæ propriæ conſeruationem cum moderamine inculpate tutelæ, & Richard. 3. diſt. 37. art. 3. quæſt. 2. ad ſecundum, & expreſſe Caiet. in d. quæſt. 64. art. 7. in fine. & Mich. Salon; ibi, quæſt. 64. articulo. 8. Controuerſia 2. Concluſ. 1. qui duo dicunt S. Thomam vbi ſuprà, nunquã dicere voluiſſe Clericum occidentem aliquem etiam in ſui defenſionem eſſe irregularem, ſi ſuo tempore extitiſſet illa Clementina, aut ius illos excipiens. Idem tenent Marr. Ledefin. 2. 4. q. 26. art. 2. tract. de Irreg. pag. 364. Colum. 3. & fauet Sotus lib. 5. de juſt. quæſt. 1. art. 8. ad 3. Maio. lib. 5. c. 48. in princip. nu. 6. & citat Specul. tit. de diſpenſ. §. iuxta, verſ. Circa homicidium.

*Secunda* opinio eſt aſſerentium declarari tantum ius antiquum, non autem ius nouum condidiſſe, & conſequenter ante eam, nullam irregularitatem ob huiusmodi occiſionem, vel mutilationem contractam fuiſſe. Panorm. in cap. Sicut dignum, numer. 14. de homicid. & Sotus vbi ſuprà, ſatis in hanc ſententiam inclinans, & expreſſe Nauar. in Manu. cap. 27. nume. 211. Petr. Nauar. lib. 2. de reſtitur. capit. 3. numer. 365. & Henriquez lib. 14. cap. 10. §. 2. & hæc opinio videtur, verior quia Clementina, ſi furioſus, ſi miſer loquitur de eo, qui ſe defendit ab inuafore, atque loquitur de amente, infante & dormiente. Sed iſti ante hanc Clementinam, non incurrebant irregularitatem, ergo nec ſe defendens ab inuafore. Et quia Clementina, nõ dicit, *Statuimus*, ſed *Conſeſimus*, & facit gloſ. ibi, in verbo, idem, vbi ait Barth. Brax. & Hoſt. & Clemente in IV. & Curiam ſic tenuiſſe. Item, quia huiusmodi defenſio eſt de iure nature, vt diximus, vnde non eſt dicendum ius nouum cõditum fuiſſe. Item, quia irregularitas, ex omnium DD. ſententia, non incurritur niſi in iure expreſſum ſit; nullo autem iure antiquo reperitur, irregularitatem eſſe, qui ad propriæ perſonæ defenſionem occidit. Sed & iura, quæ pro ſententia S. Thomæ & aliorum aſſeruntur, vt cap. De his Clericis, 1. & 2. diſt. 50. intelligenda ſunt, quando non eſt ſeruatum moderamen inculpate tutelæ, ſed abſque alterius occiſione, & mutilatione Clericus ſe defendere, & vim repellere potuit, vt patet; cum ibi dicatur, vt talis agat penitentiam, quam certè non oporteret facere, ſi ſeruato debito moderamine defendendi occidiſſet.

<sup>10</sup> *Dubium ſecundum eſt.* An Clementina, ſi furioſus, reuocata, vel mutata ſit per C. mo. Trid. ſeſſ. 14. de reſor. c. 7. Ratio dubitandi eſt, quia ibi habetur opus eſſe diſpenſatione in hoc caſu; Dicit enim Concilium; *Si vero homicidium non ex propoſito, ſed caſu, vel vim repellendo, vt quis ſe a morte defenderet, fuſſe commiſſum narretur; Quam ob cauſam ad Sacrorum ordinum, & altaris miniſterium, & beneficia quacunque, ac dignitates, iure quodammodo diſpenſatio debeat, qua diſpenſatio committitur ordinario.* Si ergo diſpenſatio debetur, contrahitur irregularitas, quia aliter quid opus eſt diſpenſatione? Quæ ſanè Concilij definitio multorum recentiorum mentes ſollicitauit, vt veram eius expoſitionem darent; Cum & d. Clementina, & communi DD. ſententiæ videatur aduerſari. Simon Maiol. lib. 1. ca. 2. numero 10. §. vigefima. & lib. 5. cap. 48. numero 10. & 11. exiſtimat Tridentinum reuocare d. Clem. aut ſaltem illi aliquid addere, & ideo eſſe irregularem, qui pro inuitabili ſui defenſione occidit, donec cum eo diſpenſetur. *Alij* tamen vt Petr. Nauar. lib. 2. de reſtit. cap. 3. num. 367. Henriquez lib. 14. c. 10. §. 2. & Frat. Mich. Salon. in 2. 2. q. 64. ar. 8. controu. 2. Concluſ. 1. rectius docent; Tridentinum nihil ibi innovaſſe, neque enim quod iuris naturalis eſt Concilium mutare voluit. Vnde ad locum Concilij duobus modis reſponderi poteſt.

*Primo* quidem dici poteſt, Concilium intelligendum eſſe, quando non eſt ſeruatus modus inculpate tutelæ, ſed aliquis culpa præceſſit, & ſic opus eſt diſpenſatione & ſic Congregatio Cardin. qui præpoſiti ſunt Decretis Triden.

Conc. interpretandis, reſpondit anno Dom. 1588. primo Octobris, & ſatis clarè colligi videtur ex ipſomet Conc. cum enim Concilium eodem modo loquatur de homicidio prædicto, & de caſuali, planè loqui videtur, vbi quis moderamen exceſſerit, & in aliqua culpa fuit; conſtat enim homicidium caſuale, ſi nullam omnino culpam latam, aut leuem contineat, non inducere irregularitatem; & ita cum eodem modo de vtroque loquatur Concilium conſequens eſſe videtur, vt accipiendum ſit, vbi quis debet moderamen in ſui defenſione non ſeruauerit.

*Secundo* reſponderi poteſt, Concilium loqui de irregularitate, quoad forum exterius, quando ſcilicet dubitatur an inuaſus modum inculpate tutelæ exceſſerit, & quando contra illum obijcitur quod exceſſerit moderamen, & ita de homicidio ab aliquo accuſatur, tunc enim & ad omnem ſcrupulum remouendum, & ad maiorem cautelam, nec non ad omnem ſcandalum, & dubium penitus tollendum, ab omnibus ordinibus eorumque miniſterio, necnõ a beneficijs, & dignitatibus conſequendis arcendus erit, donec cauſa ipſa coram ordinario, vel viciniario Epifcopo, aut Metro politano diſcutiatur, adeo, vt ſi opus ſit cum eis diſpenſetur; & hæc reſponſio cõformis, & conſentanea ſatis eſt verbis Concilij vbi ſuprà; ideoque Concilium addidit particulam illam; *Quodammodo* quia ſcilicet, ſi non reuera, quando non fuit ex cellus in defenſione, attamen in foro exteriori, & in dubio, ad omnem ſcrupulum tollendum, & ad maiorem cautelam diſpenſatio quodammodo debetur.

<sup>11</sup> *Dubium tertium eſt.* An ſi quis occidat inuaforem, vt vitam ſuam defendat in caſu quo ſatis eſſet illum vulnerare, aut mutilare, vt ſe defenderet, irregularis ſit? *Prima* opinio eſt Armilæ in verbo, irregularitas, §. 41. qui negat eſſe irregularem & citat Cardin. in d. Clem. Si furioſus, de homicid. & Tabiena, verbo Irregularitas, 2. §. 26. in fine. quia quantum ad irregularitatem parificatur occiſio, & mutilatio. *Secunda* & verior opinio dicit eſſe irregularem ſic ſylueſt. verbo, Homicidium, 3. quæſt. 4. verſic. primum. Maiol. lib. 5. capitul. 48. in princip. numero 6. Frat. Med. na lib. 1. Inſtruct. Confeſſ. capit. 11. §. 10. Coſmus Philarchus de officio Sacerd. part. 1. libr. 4. capitul. 11. §. 3. & Alphons. Viuald. tract. de Irreg. num. 225. & Henriquez lib. 14. c. 10. §. 3. qui addit eſſe verum, niſi præmiſa diligenter occidat per accidens, & præter intentionem. Ratio eſt: quia talis excedit moderamen inculpate tutelæ, cum ad propriam vitam ſuſtentandam ſufficeret illum mutilare, & non occidere.

<sup>12</sup> *Dubium quartum eſt.* An ſi quis ad ſui defenſionem occidat inuaforem cum moderamine inculpate tutelæ, id tamen facit ex odio, ſit irregularis? *Reſpondeo* non eſſe irregularem. Quia Clem. Si furioſus, de homicid. generaliter loquitur, & odium cordis intentum non facit, vt contrahatur irregularitas, ſi reuera quis inuaforem occidat ad tuendam vitam ſuam, peccat tamen. Couar. in Clem. Si furioſus, par. 2. §. 5. numero 2. de homicid. & Henriquez lib. 14. capitulo 3. §. 4. litera O. & capitul. 10. §. 2. & Petr. Nauar. lib. 2. de Reſtit. capit. 3. numer. 337. ſicut nec inquisitor iute damnâs reum, & ſimul admittens odium contra eum incurrit excommunicationem, quicquid Nauar. in Man. c. 27. nu. 226. velit hunc fore irregularem ſed falſò, vt diximus, quia actus interior irregularem non facit.

<sup>13</sup> *Dubium quintum eſt.* An ſit irregularis, qui paratum ſibi inſidias, vt eum interficiat, ipſum occidit? *Naturè* in Manual. capitul. 15. numer. 3. ſignificare videtur eſſe irregularem & fauet Fr. Mich. Salon in 2. 2. quæſt. 64. articulo. 7. Controuerſia 1. Concluſ. 3. Communior tamen opinio eſt, quam ſequuntur Sotus lib. 5. de iuſt. quæſt. 1. articulo. 8. Petr. Nauar. libro 2. de reſtitur. capitulo 3. numero 370. & Couar. in Clement. Si furioſus, par. 3. §. vnicò. numer. 3. verſicul. *Secundo*, de homicid. Gloſ. in capitul. 3. de Homicidio in verbo legibus ſegularibus. Bal. in l. multas. C. de liber. cauſ. & in l. leges. ff. de locat. & glo. in l. 1. C. Vnde v. & Henriquez lib. 14. c. 10. §. 4. & citat Cordub. lib. 1. q. 1. ar. 2. dub. 1. & Simanch. Villa. & alios non eſſe irregularem. *Quia* verè talis eſt inuafor; ſed vt rectè notat Couar. & Pet. Nauar.

Nauar. in huiusmodi euentu considerandum est periculum, quod ex insidijs imminetur, si enim tale sit periculum, ut nisi occidat, ipse postea occidatur, sine dubio irregularis non erit. Cum enim nullum aliud remedium sit saluandi vitam, vera est defensio; Quare Nauar. vbi supra, lib. 2. de Relit. cap. 3. num. 350. ait, licitum esse talem veneno, aut alio modo occidere, si tunc licitum esse docet post Cordub. quem citat, conuertere venenum in propinantem, cum non sit aliud remedium. vnde Cicero in oratione pro Milone, ait, Non potestis obliuisci iudices, insidiatorem iure interfici posse. Sin autem aliter insidias eius vitare potest, occidendo irregularis erit.

14 Dubium sextum est, An si quis vt se defendat ab inuasore, vocat socium, vt ipsum iuuet in defendendo se, & Socius occidit inuasorem, iste primus exinde irregularis red datur? Respondeo cum Nauar. in Manual. cap. 27. numero 212. vers. secundo & conf. 12. num. 3. de homicid. non esse; Quia eodem iure quo seipsum defendit ab inuasore, vocare potest socium, aut socios, vt iuuetur ab eo, vel eis, contra inuasorem, quando alias se defendere non potest. Si autem neque irregularis est, qui proptijs armis se defendere non valens ab aggressore, dat illa alteri qui his adiutus inuasorem occidit; Quia eam in propria vita defensionem cum moderamine inculpatae tutelae aggressorem occiderit licet, vtique eam per seipsum occidendo non incurret, nec per alium occidendo incurret, arg. cap. penult. de homicid. Nauar. cit. Martin. Ledesin. 2. q. 26. art. 2. tract. de irreg. pag. 364. col. 3. & Henriquez lib. 14. capit. 10. §. 4. si vero quis daret akeri arma vt proximus illis se defendat, si ille occidit inuasorem, dans arma erit irregularis, Syluest. verbo, Homicidium, 3. q. 6. vers. Quintum, & Angelica, verbo, Irregularitas, nu. 15. Nau. in Man. ca. 27. nu. 212. vers. Tertio, & Henriquez lib. 14. ca. 10. §. 4. in annot. litera K. Ratio est: quia dando illi arma est iusta causa mortis, & non dat illa ad necessariam sui defensionem, prout requirit Clem. Si furiosus, de homicid.

15 Dubium septimum est, An qui aggressorem fugientem occidit, irregularis sit? Respondeo irregularis esse, etiam si post grauisimum vulnus infixum sibi fugientem occideret, quia iam non esset defensio, quae est licita, sed vindicta, quae non permittitur personae priuatae, ex Mic. h. Salon. in 2. q. 64. art. 7. controuers. 1. Conclus. 3. §. vnde sit tertia conditio.

16 Dubium octauum est, An occidens, aut mutilans inuasorem irregularis sit, quando fugiendo posset mortem, aut abscissionem membri euadere? Quoad laicos, Quidam distinguunt: Nam vel est talis persona vt esset ei dedecus fugere, & tunc non tenetur fugere, sed potest percutere ad repellendam iniuriam: fauent Sotus, lib. 5. de iust. q. 1. art. 8. ante finem. & Alphons. Viualdus tract. de Irreg. numer. 220. vel non est talis persona vt esset sibi verecundia fugere, ex eo quod aggr. d. ens sit praesentior persona, & tunc debet fugere. Bart. in l. 1. C. Vnde vi. absolute docet non tenent fugere. Idem tenent Cepola consil. 76. & Bald. lib. 3. consil. 11. & Zacharias in annot. ad cap. olim, 1. de restit. spoliat. Quia fuga est iniuria. la. pud Labeonem, ff. de iniur. & quia periculum est in fuga, ergo licitum est percutere ad iniuriam propulsandam & idem docent Angel. & Salicet. in d. l. 1. C. vnde vi & felin. in cap. Suscepimus, de homicid. Ceterum communis opinio DD. est, quod si vir nobilis fuga (quamuis minus honorifica) aut clamore potest euadere periculum mortis, occidendo inuasorem euitat peccatum: si tamen aut occidat, aut mutilat, est irregularis; Quia excusatur quis tantum ab irregularitate in Cle. Si furiosus, de homicid. occidendo, vel mutilando, quando aliter vitam suam tueri non potest: at vero hic vitare potest fugiendo, & non tam agit pro vita, quam honoris defensione: iniqua vero commutatio est, ob tutelam honoris propriam vitam alteri adimere. Sic gloss. in d. Clem. Si furiosus, in verbo, Non valens, de homicid. & gloss. in Summa 23. q. 8. verbo, Hactenus. Panorm. in c. olim, 1. num. 17. de restit. spoliat. Cardin. in d. Clem. Si furiosus, q. 26. Alex. vol. 1. consil. 111. quod incip. visis, & vt oportet considerari, & volum. 7. consil. 119. Angelica, verbo, Homicidium, 3. num. 2. Syluest. verbo, Homicidium, 1. q. 2. §. Sextum.

versic. Quarto, & citat Perr. quest. 9. §. Tertium. S. Anto. 3. part. tit. 29. de Irreg. cap. 2. §. Homicidium facto. Tabiena verbo, Irregularitas, 2. §. ult. Nau. in Man. c. 27. numer. 211. Couar. in Clem. Si furiosus par. 3. §. unico, num. 4. de homicid. Perr. Nau. lib. 2. de restit. cap. 3. num. 370. Iacob. de Graff. lib. 2. cap. 65. num. 10. & 11. Petrus de Arragon. 2. 2. qu. 64. art. 8. dub. 1. Conclus. 2. Greg. de Valentia Tomo 3. Disput. 5. Quest. 8. Puncto 2. Toletus lib. 1. Instruct. Sacerd. cap. 27. versic. Tertius. Maiol. lib. 5. ca. 48. in princip. numer. 6. versic. Quartum. Fr. Medio. lib. instruct. cap. 11. §. 10. Henriquez lib. 14. cap. 10. num. 3. & Frat. Mich. Salou in 2. 2. q. 64. art. 7. Controuersia. 1. Conclus. 3. §. Quarta conditio. Hoc autem intelligendum est, quando nulli sequeretur periculum ex fuga, quia si fugere posset, sed fugienti periculum imminere posset, puta casura, vel uelocioris cursus inimici insequentis, qui audacior factus ob fugam posset fugientem a tergo vulnerare, & ad terram deiecerit, & occidere, tunc non fugiens propter praedicta, nec aliter euadere potens, si occidat, irregularis non erit. Immo vero si dum considerat, possit ne fugere, vel clamare, videat se exponi graui periculo, inuasore illum opprimentem, non est, quod in his considerandis se occupet, sed inuasorem licite occidere potest: Quia semper est melior ratio patientis iniuriam; Sic Zenzelinus, quem Bonifacius in Clem. Si furiosus, num. 75. de homicid. Nau. tom. 2. consil. 11. nu. 6. de homicidio, & Alphonsus Viualdus tract. de Irregul. nu. 217. sequuntur.

17 Quoad Clericos vero communis opinio DD. est, quod tenentur fuga euadere periculum occisionis; Quia illis fuga ignominiosa non est, gloss. in cap. suscepimus, in verbo, ligauerunt, & in verb. interimere, & ibi Pan. numer. 4. de homicid. vbi ait Clericum in hoc casu non solum irregularem esse, sed etiam homicidam, si occidat quia excessit Ecclesiasticam mansuetudinem, volendo potius proximū occidere, quam fugam capere, & idem Panorm. in cap. significasti, 2. numer. 9. de homicid. & cap. 2. de vira & hon. Cleric. num. 2. Cardin. in Clem. Si furiosus, q. 25. & q. 26. & ibi Couar. par. 3. §. unico num. 4. de homicid. Sotus, lib. 5. de iust. q. 1. art. 8. ante finem corporis Syluest. vbi supra, & verbo, excommunicatio, 6. q. 6. Petr. Nau. lib. 2. de Restit. cap. 3. nu. 389. Greg. de Valentia, tomo 3. Disp. 5. q. 8. Puncto 4. & alij citati & colliguntur ex d. Clem. Si furiosus, vbi dicitur, Si aliter mors vitari non poterat. Et idem dicendum est de Religiosis, necnon de plebeio infimae sortis, qui nullam prorsus honoris iacturam in fugiendo faceret. Hoc tamen quod de Clericis diximus, intelligendum est, si fuga talis non sit periculosa; si enim fuga illa induceret periculum mortis propriae, vel ex eo, quod inimici astarent a tergo, vel quia ipse aggressor facilius fugientem secutus, & ex fuga maiorem audaciam, & animum caperet, & eum occideret, hoc casu irregularis non esset, si omnia fuga inuadentem occideret, ex Felino, in cap. suscepimus, de homicid. Cardin. in d. q. 26. Syluest. verbo Homicidium, 1. quest. 9. vers. Tertium, & Homicidium, 3. qu. 4. vers. secundum. Hypolit. consil. 23. num. 44. & Cou. in d. Clem. Si furiosus, par. 3. §. unico, num. 4. & alij citati. Immo Panormitan. in d. cap. 2. numer. 2. de vira & hon. Cleric. & Ioannes de Ligna. in tract. de iusto bello, & Henriquez libro 14. capitul. 10. §. 4. in annot. litera H. docent, quod si Clericus celebrans inuadit iuste dimitit celebrationem & si defendendo se, occidit inuasorem potest incontinenti redire ad altare, & Missam perficere, & idem docent Syluest. verbo, Bellum, 2. numero 5. questio 3. & Iacob. de Graff. libro 2. capitulo 65. num. 9. Addit autem Alphonsus Viualdus tract. de Irregul. numer. 221. alium casum, in quo Clericus, aut Religiosus irregularis non esset, quando inuasorem occideret, cum tamen fugere posset, quando scilicet fuga illa ignominiosa esset statim Ecclesiastica, aut toti Religioni. Quamuis enim teneatur potius fugere, quam se defendendo inuasorem occidere, vel mutilare, quando per talem fugam inferret solum dedecus, & ignominiam suae propriae, atque particulari personae, & famae; si tamen per talem fugam ignominia, & infamia irrogaretur toti Religioni, vel Ecclesiastico statui, vt quia in habitu scandaloso, & flagranti deli-



cto occulto inuentus fugiens Ciuitatem totam ſcandalizaret, ſuumque ordinem inſanaret, tunc cum preſato Viualdo valde probabile eſſe cenſeo, quod cum tanta totius ordinis, aut Eccleſiaſtici ſtatus iactura fugere nõ tenetur, nec occidendo inuaſorem irregularis erit, præponderare namque videtur in hoc caſu commune bonum Religionis occiſioni, aut mutilationi hominis, cuiuscunq. priuati.

18 *Dubium nonum eſt*. An irregularis ſit, quando quis ſua culpa ſe ingeſſerit in hanc neceſſitatem, vt ad defendendam vitam ſuam opus ſit occidere inuaſorem? Exemplum eſt de eo, qui alterum ignauè accuſat, vel ad ſingularem pugnam prouocat opprobrijs. Exemplum etiam eſt in adultero, qui a matrico deprehenſus, in adulterio, vt vitam ſuam defendat, occidit alium volentem ſe occidere. Item furatur quis bona alterius, & poſtea volendo deſiſtere a furando, occidit Dominum bonorum illorum volentem ipſum interficere. Item iuit quis ſcienter ad bellum iniuſtum, poſtea verò vt propriam vitam defenderet, occidit militem contra ſe venientem. Item ſi quis procurauit rixam, aut ingreſſus eſt domum alienam cauſa faciendi aliquid mali, & poſtea vt vitam ſuam defendat interficit volentem ipſum interficere. Item ingeſſit ſe quiſpiam volendo eripere reum a miniſtris iuſtitiæ, vel impedire ne capiat ab eis, & poſtea opus eſt, vt ſe defendat a miniſtris volentibus ipſum occidere, & defendendo ſe occidit aliquem. In his omnibus caſibus.

*Prima opinio* ait non eſſe licitum in hoc caſu inuaſorem occidere, & occidendo eſſe irregularem, ſic Nauarr. conſil. 32. de homicid. & idem Nauarr. in Man. cap. 15. nu. 7. & cap. 27. numer. 238. vbi ait opinionem ſuam placuiſſe Pio V. & ita declarafſe contra quẽdam adulterum cum in facta Penitentia caſus ille controuerteretur. Roſella, verbo, Homicidium, 4. numero 2. Maiol. libr. 5. cap. 48. in princip. nu. 8. & §. 3. num. 15. & Sylu. verbo. Homicidium 3. q. 4. verſ. Tertium. & citat Aſtenſ. lib. 1. tit. 25. ar. 2. Summa Corona part. 3. tract. de Irreg. num. 13. & par. 4. tract. de Sacram. Ordinis num. 21. Coſmus Philarchus de officio Sacerd. par. 1. lib. 4. cap. 11. §. 3. Thomas Zerula in ſua Praxi Episcopali verbo. Irregularitas, dub. 6. Ratio eorum eſt: quia tale adulterium, & reliqua exempla ſunt de ſe illicita, & via quẽdam ad homicidium perpetrandum, & ideo præuideri poterant, & debuerunt ab occidente huiusmodi effectus, vnde nihil mirum ſi irregularis ſit, & homicida ſi quis voluntariè ſe ingeſſerit in ea, in quibus ſolet eſſe periculum mortis, vel mutilationis alterius.

*Secunda opinio* eſt dicentium non eſſe irregularem. Sic Sotus libr. 5. de iuſtitiæ quaſt. 1. art. 9. verſic. In tertia autem conſiſſione. Caſtro libr. 2. de lege penali, cap. 14. verſic. Hic tamen admonedo, ante finem capituli. Couar. in Clem. ſi furioſus, par. 2. §. 4. num. 9. verſic. Tertio ad idem, de homicid. Petr. Nauarr. libr. 2. de Reſtit. cap. 3. num. 362. & nu. 363. Frat. Barthol. Medina, in 1. 2. quaſt. 73. art. 8. verſic. Tertia Regula Henricus libr. 14. c. 3. §. 4. & capit. 10. §. 4. Aſphonſ. Viuald. de Irreg. num. 212. qui etiam citat Viſtoriam, & Canum. in publica leſtura 1. 2. q. 73. ar. 8. & Mancium 2. 2. q. 64. ar. 8. & alios Mich. Salonam 2. 2. q. 64. art. 7. Controuerſia 1. Concluſ. 2. verſ. Secunda pars. & ar. 8. Controuerſia 3. §. An qui adhibuit, verſic. Ex his opinionibus, & Tabiena, verbo, Irregularitas, 2. numero 3. vigefimo nono. Armilla eod. nu. 42. Qui id probant, quia Clem. ſi furioſus, generaliter loquitur, quod non eſt irregularis, qui defendendo ſe occidit, nec pōderat iniuſtitiã, ſeu peccatum, ſed tantum ponderat quod aliter mortem vitare non poterat, vnde Tabiena vbi ſuprà docet, quod nunquam incurritur irregularitas, ſiue iuſte, ſiue iniuſte quis occidat, quando aliter mortem vitare non poteſt propriã, argum. d. Clem. ſi furioſus. Præterea, falſum eſt fundamentum Nau. d. ca. 15. num. 7. tale ſi licet adulterium eſſe

19 *viam ad homicidium*; Quia adulterium non ordinatur ex natura ſua ad homicidium, adulteri, poteſt enim maritus adulteræ ignorare adulterium; poteſt etiam quamuis ſciret, ignoſcere, & non occidere; Immo verò ſi ordinatur ad occiſionem alicuius, ea eſet occiſio adulteri, nõ autem vilo modo ordinari videtur ad occiſionem mariti adulteræ. His addo, pacum aut nihil referre, quod ſi quiſpiam

in hanc neceſſitatem culpabiliter, vel ſine culpa ingeſſerit; Quia maritus adulteræ, aut qui iniuria eſt affectus nõ proprie rea acquiſiuit ius per peccatum adulteri, aut iniuſtitiæ, vt cum ſua priuata auctoritate occidat, ſed ſolum habet ius ad repellendam illam iniuriam, & contumeliã ordine iuris, neque ipſemet adulter culpabiliter ſe ingeſſendo in hanc neceſſitatem amiſit ius naturale tuendi vitam ſuam etiam occidendo ſuum inuaſorem, cum moderamine inculpate tutelæ. Cum igitur iura, que concedunt licere vim vi repellere, non diſtinguant, fuerint aggreſſus in culpa, vel non fuerit, dederint occasionem, vel non dederint, ſed in diſtinctè in vniuerſum loquantur, & in tali periculo conſtitutus naturalè appetitum habeat ſe conſeruandi, ſibi potius, quam aggreſſori proſpicere, ac prouidere tenetur, & licet prima opinio probabiliſis ſit, hæc tamen ſecunda communior, & verior mihi videtur, eo quod præne ſunt potius reſtringendæ, quam ampliandæ, & quia vt diximus, Clem. ſi furioſus, generaliter loquitur de quocunq. ad deſenſionem, vir ſua occidit inuaſorem, que opinio vltius præſertim vera erit, quando is qui ſe in illud periculum ingeſſerit, & ad domum alienam adulterandi gratia acceſſerit, nõ aduertit mortis periculum, que in illis caſibus poſſet accidere, non enim ſatis erit mortis iocuta ex opere illicito, caſualiter omninò & præter intentionem occidens, ad irregularitatem inducendam in caſu quo aut vitam ſuam amittere, aut alterum neceſſario occidere debet.

*Ad Nauarrum autem, & declarationem* Pij V. Henricus libr. 14. cap. 3. §. 4. in annot. litera P. & Thomas Zerula, in ſua Praxi Episcopali part. 1. in verbo, Irregularitas, dub. 7. reſpondent, declarationem illam fuiſſe tanquam a Doctore priuato pro foro exteriori. Quamuis ſi autem legatur Nauarrus eo in loco, alius eſt ille caſus a Pio V. declaratus, alius autem hic de quo nunc agitur; Hic enim ſolum dicimus adulterum irregularem non eſſe, ſi maritus adulteræ occidat, ne ab eo adulter ipſemet occidatur; Pius V. autem ſolum docuit Clericum illum adulterum irregularem fuiſſe, qui in cauſa extitit homicidij adulteræ, ob adulterium cum ea commiſſum, qui caſus longe diuerſus eſt ab hoc noſtro in præſenti, vt nihil mirum, ſi in caſu a Pio V. Clericus ille irregularis iudicatus ſit.

20 *Si quis autem horum auctorum opiniones inter ſe conciliare voluerit, hac ratione non improbabiler id præſta re poterit, hac præmiſſa diſtinctione*; Si enim ad viri prudentis iudicium, in ſpectis rei ſingulis circumſtantijs, adulter aduertit periculum mortis ſubſecuturæ, tunc quidem, vt voluit prima opinio, irregularis erit, ſi mors ſubſecuta ſit, etiam ſi ſit ad vitam propriam deſenſionem, quia ſcilicet voluntariè, & aduertenter ſe ingeſſit actui periculoſo, ex quo probabile erat mortem ſubſecuturam; Sin autè hoc non aduertit, nec vlla ratio, probabilitas, aut periculum erat talis effectus, tunc irregularis non erit, vt docet ſecunda opinio, cum ad irregularitatem hanc incurrendã, nõ ſaus ſit mortem caſualiter omninò, & præter intentionem eius ſecutam eſſe. Quod ſi adulter dubitat, an periculum hoc aduertit, nec ne, tunc quidem tutor erit prima opinio, vt ſe irregularem reputet, maxime cum ad uitam actus illicitus de ſe ſit, & ſufficienter non nunquam directus ad mortem inferendã, in attentione maiorum procliuitate, & conſuetudine interficiendi adulteros, & ſuas vires, & lege ſeculari in certis caſibus patri, ac matrico mittente, eas, & adulteros occidere impunè, argum. patri, & l. Marito, ff. ad legem Iuliam de adulterijs, & l. Gricus, C. eod. & pro hac facit capit. Ad aures, de aures, & qualiter ordin.

21 *Dubium decimum eſt*, An ſi quis occidens, aut mutilans aggreſſorem patris, fratris, aut alterius conſanguinei, vel proximi innocentiſ, aliter mortem eius vitare non valeat irregularis ſit? In qua re ſunt duæ opiniones.

*Prima* dicit eſſe irregularem, ſic gloſ. in Clem. ſi furioſus, in verbo, ſuum, de homicid. & ibi, Cardin. quaſt. 28. & glo. 27. quaſt. 8. in Summa, in verbo, Hæſtenus. Penormitan. in capit. olim, 1. numer. 18. de edit. ſpouat. & in cap. 2. numer. 3. de vita & honeſt. Cleric. & in cap. ſicut dignum, numer. 14. de homicid. Innoc. in cap. vero, 1. numero.

no & ibi Panoritan. numer. 11. de sentent. suorum, vbi  
 ait percutientem Clericum ob defensionem suam, no  
 incurrere excommunicationem, incurrere tamen irregu-  
 laritatem nisi faciat ob defensionem propriam. Angelica  
 verbo, defensio, §. 3. & verbo, Homicidium, §. 3. Rosella  
 verbo, Homicidium, §. 4. num. 1. & Sanct. Anton. 3. part. tit.  
 2. de Irreg. cap. 2. §. Homicidium factu. & citat Io. Andr.  
 & idem Anton. 3. part. tit. 4. c. 3. §. 2. circa medium. & Syl-  
 uest. verbo, Homicidium, 1. quest. 9. versic. Quartum. &  
 verbo, excommunicatio, 6. quest. 9. in princip. & citat In-  
 noc. Martin. Ledes. 2. 4. quest. 26. art. 2. fol. 364. col. 4. Nau.  
 in Man. cap. 27. numer. 2. 3. vers. Quarto. Maiol. lib. 5. cap.  
 4. in princip. numer. 9. vers. Quinta declaratio. Tabiena,  
 verbo, irregularitas, 2. §. vigesimo quinto, & §. vigesimo se-  
 ptime. Medina lib. 1. Instruct. Confess. cap. 1. §. 10. & Fra.  
 Mich. Salon, in 2. 2. quest. 64. art. 7. Controuersia 2. Hen-  
 riquez lib. 14. capit. 1. §. 3. vers. Secundo Cosmus Philiar-  
 chus lib. 4. ca. 1. §. 2. & Sebast. Medicis, par. 2. tit. 9. quest.  
 3. §. Decimo. Tolet. lib. 1. Instruct. capit. 27. versic. Tutus.  
 Fundamentum est, quia tunc solum concedere videtur  
 Clerico si furiosus, se homicid. non esse irregularem quan-  
 do aliter mortem propriam vitare non potest, nisi occi-  
 dendo inuaforem; secus ergo dicendum est in occisione  
 pro vitanda morte proximi.

Secunda opinio docet non esse irregularem; Sic Maior.  
 4. dist. 15. quest. 30. Coua. in Clem. Si furiosus, par. 3. §. vni-  
 ca. nume. 5. de homicid. & Fortunius l. vi vim, ff. de iustiti-  
 & iure, solum 9. versic. Sed aduerte. vt refert idem Co-  
 uar. Petr. Nauat. lib. 2. de Restit. ca. 3. num. 4. 19. Jacob. de  
 Graff. lib. 2. cap. 65. numer. 15. Alphons. Vual. Tract. de Ir-  
 reg. num. 23. §. 8. & fauet Henriquez lib. 14. ca. 1. §. 3. versic.  
 Temo. & facit l. 5. §. item Diuus, ff. de scarijs. Vbi dicitur  
 homicidium illud esse impunitum, quod quis ad defen-  
 sionem propriam, vel suorum commiserit, aut ad propul-  
 sandam iniuriam a se, vel a suis; & quia in capit. si vero, 1.  
 de sentent. excommu. non incurrit excommunicationem  
 qui percutit Clericum ad suorum iustam defensionem,  
 immo extraneorum, secundum DD. sententiam ibi, & c. Dilecto, de sentent. excommu. lib. 6. vbi Pon-  
 tificus docens licitum, esse defendere proximum ab iniuria,  
 & morte inferendis, etiam in eum occasione aggressoris, vitu-  
 turque ratione, Quia vim vi repellere licet. Quae ratio  
 que militat in defensione proximi, & extranei, ac defen-  
 sione sui. Fundamentum aliud pro hac opinione potest ef-  
 fe, quia pater, vxor, & filius, vt ait Henriquez, reputantur  
 quasi vna persona cum defendente; sit praeterea, quia non  
 est credibile fieri irregularem eum, qui iure naturali, & ex  
 lege charitatis obligatur defendere proximum innocentem,  
 praesertim si defendat Regem, Principem, patrem,  
 matrem, vxorem filium, fratrem, Dominum, Episcopum,  
 vel alium huiusmodi hominem, vel vrbem, vel Rempub.  
 Quae omnia licet prima opinio sit communis, tutior, &  
 in praxi consulenda, & sequenda; Haec tamen opinio se-  
 cunda mihi valde probabilis esse videtur: Quia non vide-  
 tur credibile, vt ego teneat lege charitatis, & naturali de-  
 fendere alium cum tanto detrimento, scilicet, reddendo  
 me inuidiosum ad ordines recipiendos. Quod si dicas hanc  
 irregularitatem incurri abique culpa; Respondeo ita esse,  
 sed non videtur incurri, quando ego non omnino volun-  
 tate occido, sed iure naturali & praeepto charitatis co-  
 actus. Vnde aliud est, quando quis occidit ex officio etiam  
 iustitiae, quod officium voluntarie assumpsit, vt Iudex, vel  
 quicumque alius publicus iustitiae minister occidit, aliud  
 quando coactus iure naturali, & lege charitatis.

34. *Dubium undecimum est.* An qui ob honoris, vel hono-  
 rum suorum defensionem, aliquem occidit, vel mutilat, ir-  
 regularis sit; v. g. inuadit quis iniuste ab alio, vt bonis  
 suis spolietur, nec potest illa defendere nisi occidendo, vel  
 mutilando inuaforem, an occidendo, vel mutilando sit ir-  
 regularis? Item in honoratur quis, nec potest honorem  
 suum tueri, nisi alterum mutilat, vel occidat, an incurrat  
 hoc casu irregularitatem?  
 Prima & communis opinio ait esse irregularem, sic Pa-  
 noritan. in cap. sicut dignum numer. 1. 4. de homicid. & cap.  
 1. numer. 3. de vita & honest. Cleric. §. Anton. 3. part. tit. 4.

cap. 3. §. vlt. in fine. & in u. 29. cap. 2. §. Homicidium factu.  
 Angelica, verbo Homicidium, 3. numer. 1. Syluest. verbo,  
 Bellum, 2. §. Septimo numero 12. versic. Et notandum, &  
 verbo, excommunicatio, 6. §. 4. Casu 9. in fine. Tabiena, ver-  
 bo, Irregularitas, 2. §. vigesimo quinto, & §. vlt. Armilla,  
 eod. num. 4. 1. Nau. in Manu. cap. 27. numero 23. Martin  
 Ledes. in 2. 4. quest. 26. artic. 2. tract. de Irreg. pag. 364. col-  
 lum. 4. Maiol. lib. 5. cap. 48. in princip. numer. 7. Mich. Sa-  
 lon in 2. 2. quest. 64. art. 8. Controuersia 2. Cosmus Phi-  
 liarchus lib. 4. c. 1. §. 3. Summa Corona Tract. de Irreg.  
 numero 15. Sebast. Medic. par. 2. Summe, tit. 9. quest. 34. §.  
 Decimo. Greg. de Valentia, Tomo 3. Disput. 5. Quaestio 8.  
 Puncto 4. & Petrus de Arragon 2. 2. quest. 64. art. 8. dub.  
 1. Fundamentum est, quia irregularitas huius speciei est  
 quocumque homicidium, aut mutilatio etiam iusta, nisi  
 in casibus a iure expressis: Sed in iure non est casus nisi in  
 vitae propriae defensionem; ergo citra hunc casum occidens  
 aut mutilans in defensionem honoris, aut bonorum factu  
 non irregularis est: Et quia in hoc casu non teneor iure  
 naturali, aut lege charitatis bona tueri, vel honorem cum oc-  
 cisione alterius.

Secunda opinio docet non esse irregularem; Sic Sotus  
 lib. 5. de iustit. quest. 1. artic. 8. vltra medium in hanc po-  
 tius opinionem inclinat, & expressit: Fortunius in l. vi vim,  
 ff. de iustit. & iure, quem refert, & sequitur Cou. in Clem.  
 Si furiosus, part. 3. §. vnico, numero 6. de homicid. & Petr.  
 Nau. lib. 2. de restit. cap. 3. num. 4. 18. & fauet Caiet. in 2. 2.  
 quest. 64. artic. 7. & expresse Henriquez lib. 14. cap. 3. §. 7.  
 & cap. 1. §. 3. Ratio pro hac opinione est: quia natura di-  
 citur licitum esse cuique vim vi repellere; qui igitur vim vi  
 repellendo bona propria, vel honorem tutatur, nihil mi-  
 nus intendens quam inuaforem occidere, cum homici-  
 dium respectu huius sit omnino per accidens, & per se  
 tantum sit tutatio honoris, & retum, non videtur irregu-  
 laris. Praeterea, Quia iure Ciuili, & Canonico licitum est  
 Domino inuaforem bonorum suorum interficere, si aliter  
 bona tutari non potest, vnde in l. duodecim tabularu ha-  
 betur, Si in misisset furto deprehensus fuerit fur, & si qui-  
 dem hoc nocte contingat aliter non valens bona sua tutari, vel  
 interdum, ita tamen, vt se telo defendat, impune occidit,  
 & idem habetur in l. furem, ff. ad l. Cornel. de scarijs, &  
 in l. 4. ff. ad leg. Aquilam Quae leges tum a Cic. in orat. pro  
 Milone, tum a Quintiliano lib. 5. de Orat. cap. 12. referuntur.  
 Quod etiam in iure Canonico videtur comprobatur.  
 Nam in cap. tu. clim. 1. de restit. spoliat. Innoc. III ait  
 Cum quidam Domino ignorante possessionem esset ingressus, &  
 procurator Domini inuaforem, vim vi repellendo eliceret, ab-  
 soluendus est procurator ille, nec ad satisfactionem tenetur,  
 nisi defendendo ius Domini forsitan modum exceperit &  
 aperitur in cap. dilecto, de sentent. excommu. lib. 6. vbi  
 Innoc. IV. probat factum Decani Aureliani, quo licuit, at  
 ipsi Decano si Baluus, cum iniuste bonis suis spoliarere in-  
 tendebat, vim vi repellendo se tueri. Et hoc, quo diximus, no  
 solum in Laicis, sed etiam in Clericis licum habet; Si qui-  
 dem principiu illud Naturale, vim vi repellere licet, etiam  
 in illis bona sua tutantibus procedit: Quibus addo, quod  
 ita occidens in necessariam defensionem bonorum, & ho-  
 noris, non solum euadit penas in homicidas latas, sed etiam  
 in foro conscientiae non peccat. Si enim peccatum esset  
 occidere talem raptorem, certe iustissima leges hoc non  
 permitterent. Vnde percutiens Clericum vt honorem  
 suum, vel bona defendat, non est excommunicatus, vt  
 auctores etiam primae sententiae fatentur.

34. *Ob qua, & alia, quae tum in huius opinionis, tum prioris*  
*sententiae confirmationem afferri possent argumenta, v-*  
*tramque opinionem probabiliter defendi posse puto, &*  
*inter se conciliari, facta distinctione tum honoris, tum re-*  
*rum ablatarum. Duplex enim honor est, vnus qui ex spiri-*  
*tuali bono resultat, siue ex parte intellectus, vt sapientia,*  
*prudencia scientia, & c. siue voluntatis, vt virtutes, & ra-*  
*tione horum vir vererum apud sapientes, tum apud om-*  
*nes insipientes honorabilis dicitur, & est. Alter, qui ex cor-*  
*porali bono procedit, vt ex viribus, valetudine, pulchritu-*  
*dine; pro tuendo honore primi generis, cum aliter eum*  
*tueri nequeat quam occidendo, aut mutilando, nec pec-*  
*cat.*



car, nec irregularis erit, & sic intelligitur secunda opinio. Pro tuendo autem honore secundi generis, licet aliquando non peccat occidendo, irregularis tamen erit, nisi cum necessarius esset honor ille, vel utilis ad alia bona consequenda. Forma enim, & nomine sanitatis, virium, pulchritudinis assequi potest officia, & alia necessaria bona, a quibus impediretur talis sanus, propriique honoris ablatione iniusta, occidens igitur vel pro honore primo modo, vel etiam secundo modo, cum sit necessarius ad alia bona consequenda nec peccat nec irregularis erit, habita ratione personarum, cum hoc ipsum natura dicere videatur: vt enim Proverb. 22 dicitur, *Melius est nomen bonum, quam diuitia multa.* Et iterum, *Ecclesiastici. 41. Curam habe de bono nomine hoc enim magis permanebit tibi, quam mille thesauri pretiosi, & magni.*

24. Quoad bona vero fortunę itidem distinctione opus est, si enim res, quę auferretur, parui momenti sit, aut sine mutilatione, vel occisione tutari, aut recuperari possit, vera erit opinio prima, lege enim charitatis eo in casu tenebitur quis vitę proximi bonis suis temporalibus anteferre; si autem res illę magni momenti essent, aut necessariz actū ad vitę sustentationem, hoc est, quod illis sublatis immjneret periculum vitę, tunc eas defendendo, & occidendo cum moderamine inculpate tutelę non incurritur irregularitas; vt auctores secundę sententię docuerunt, & expresse Sotus, Petr. Nauar. & Henriquez vbi supra, & etiam Tabiena, verbo, Irregularitas, 2. §. vigeſimo quinto, & Maiol. lib. 5. cap. 48. in princip. num. 7. & Mich. Saloñ, 2. 2. quęst. 64. art. 7. Controu. 2. Conclus. 1. Quia in hoc casu non tam res ipsas, quam vitam suam defendere dicitur; propria verò vita ordine charitatis preferenda est vitę proximi. Id quod intelligi debet non solum de eis rebus, quę ad præſtam vitę conseruationem, sed etiam quę ad statum, & decentem vitę cursum agendum sunt necessariz. Res enim proprię, vt ait Caiet. 2. 2. quęst. 64. art. 7. pertinent ad vitam, & virtutem, & felicitatem consequendam, quę hominis curę sunt committite, at vita iniuſoris in eo casu, cum non sit in articulo necessitatis quam vitę non valeat, non est curę proximi committita, ideoque sine villo peccato, aut irregularitatis nota res suas defendens etiam occidendo iniustum raptorem occidere potest.

25. Neque valet, quod obijciatur ab auctoribus primę sententię, teneri scilicet hominem lege, & ordine charitatis vitam proximi bonis temporalibus anteferre, cum tamen præfert bona qui vitam proximi admittit ob res suas tuendas. Respondetur enim, tunc solum lege charitatis proximi vitam corporalem rei mex familiari præferendam esse, quando ille in necessitate est constitutus, nec in sua est potestate periculum euadere; secus autem quando ex malitia, & voluntaria iniquitate in eo periculo constituitur. Deinde dispar longe est vtriusque ratio; quia vnicuique imminet cura non solum in vniuersali, sed etiam in particulari tuendi vitam propriam, & ea etiam omnia quę in adminiculum vitę proprię concessa sunt; qualia sunt bona fortunę; cura verò vitę proximi, vnicuique tantum incumbit in communi. Potest igitur quis raptorem bonorum suorum cum moderamine inculpate tutelę occidere, quando non datur casus particularis tuendi vitam proximi, maxime cum sponte se tali periculo committere velint.

26. Nec obstat, quod Exod. 22. dicitur, *quod is, qui nocturnum furem occiderit, non erit reus homicidij, si vero occiderit orto iam sole, imputabitur ei ad homicidium,* & idem habetur in ca. si perfodiens, de homicid. vbi significatur, quod si discerni potest ad furandum venire, non ad occidendū, occidi non posset. Respondetur enim ex Caietan. in d. art. 7. & Petr. Nauar. numer. 402. quod textus ille tanquam pertinet ad legem iudicalem ideo damnat eum homicidij, quia cum non constaret, an fur ille expelli potuerit, & bona recuperari absque eius morte, est præſumptio contra occidentem quod exceſſerit moderamē inculpate tutelę: quia dum fur diurnus est, iure præſumuntur leges aliud remedium saluandi, vel recuperandi res furto sublatas, quàm occidendi fuisse. Nos autem hic agimus in foro cō-

scientiā, in quo cognita veritate cessat præſumptio. 27. Nec similiter cap. *Interfecisti*, de homicid. obſtat, vbi dicitur, *Te, tuaque liberando.* ex quo loquendi modo innuatur non licere puram rerum defensionem occidere, nisi cum simul admisceatur personę periculum, & damnum. Respondetur enim primo, quod licet olim in capitulis codicibus tum apud Burchardum, tuonem, & Decretale Gratiani, 13. quęst. 2. cap. fin. ex quo d. cap. ante cisti, desumptum est, tum in penitentiali Romano, desuerunt illa verba & capi poterat; nūc tamen ex editione Gregoriana, quę emendatior est verba hæc addita sunt. Quod iatus datur intelligi Concilium Autelianense, ex quo est acceptus ille Canon, & prædictum cap. *Interfecisti*, solum iudicare homicidam, quando eum occidit, qui aliter capi poterat, id quod nos fatemur, sic enim moderamen inculpate tutelę exceditur, & irregularis occidendo est. Secundo particula illa, *Te tuaque liberando*, vt ibi exponit Felin. & Caiet. 2. 2. quęst. 64. artic. 7. Couarr. in Clem. Si furiosus, 3. part. §. vnicuique numero 6. vers. Sed & de homicid. intelligi debet distinctionē, vt sensus sit, *Te, tuaque defendendo, & iniuſorem occidendo homicida non est si aliter capi non poterat.* Quia verò hæc expositio nonnullis fortassis non placet, quāsi contraria verbis textui, melior est expositio Petr. Nauar. lib. 2. de Restit. cap. 3. nu. 406. quod copulatiuē sumatur, prout verba significant, Siquidem copulatiuē sumptio positione vertitur prædicatū de singulari, cōconiūctione tamen, vt cum dico omnis homo est animal, sensus enim est, & hic homo est animal, & hic est animal; sic ergo copulatiuē sumpta, *Te, tuaque liberando, sensus est, si interfecisti te liberando, non peccasti, & si interfecisti tua liberando non peccasti, si intellige, si aliter inuſore capi non poterat, copulatiuē propositiones, non terminos tantum; si enim terminos tantum coniungeret, vt auctores primę sententię volūt, quāsi alterum non fecerit, sequeretur quod ob solam vitam tuendam non liceret occidere; nisi etiam simul res cum vita defenderetur, quod est ab omni ratione alienum. Addi potest & alia, nec incommoda expositio horum verborum, *Te tuaque liberando* cum enim bona fortunę media sint ad vitę sustentationem, status, & honoris, sicut vita fundamentum est omnium bonorum, ita est & eorum tutrix; Ideoque & in id est vitam; tua, id est, quę ad vitam, & decentem statum pertinent defendendo; cum moderamine inculpate tutelę non peccasti, nec irregularis efficiaris.*

28. Neo demum obſtat quod in c. suscepimus, de homicid. obijciunt, vbi duo fratres comprehenderunt latrones volentes illos de nocte expossare, eosque fortiter ligauerunt, que abijisset vnus ad consulendum Abbatem, alio in eorum custodia manente; interim qui mansit occidit illos, qui volebant vincula conſringere, timens ne ab eis occideretur vbi consultus Alexander Papa III. docet illos fuisse irregulares, *Quoniam* (inquit) *expe diebat potius pulsi ranciam relinquere pallium, & reum sustinere iacturam, quam pro conseruandis vultibus rebus, & transfirory tam acriter alios exardescere.* Respondetur enim, fratres illos exceſſerit moderamen, cum potuerint res suas alio modo recuperare, immo iam recuperauerant, vnde potius vindicare volebant, quàm defendere, prout denotat verbum *exardescere.* Deinde frater ille, qui remansit, cum iam res suas saluas haberet, fugere potuit, quāsi in eum videlicet vincula conſringentes, cum monach. infama non sit ab hoste fugere. Hac eo latius profecuti sumus, quod nonnullos eius opinionis esse accepimus, vt existimarent hæc secundam opinionem nulla ratione sustinere posse.

29. Dubium duodecimum est, Quid sentiendum sit de homicidio, aut mutilatione facta ab homine carente vira rationis, an efficiat irregularem? Respondetur: Quamuis nullum requiritur peccatum ad incurrendam irregularem, quę ex homicidio procedit, requiritur tamen, vt operationes illę, a quibus oritur irregularitas, sint iustum, ex iudicio rationis, & nō ex sola sensuſualitate procedentes. Cum enim homo irregularem incurrit non quatenus sensuſius, sed quatenus rationalis, necessarium est ad eam incurrendam, vt operationes illę, propter quas in-

figitur,

figitur, sicut rationales, id est, ab homine habente vsum  
rationis facte, vt optime Alphonsus a Castro lib. 2. de po-  
nalib. leg. pœnalis, cap. 14. versio. Prima principalis conclu-  
sio, & Couar. in Clem. Si furiosus, par. 3. in principio, de ho-  
micidio, tradunt. Ex qua doctrina colligitur, quam ratio-  
nabilius in Clem. Si furiosus, de homicidio, definitum à  
Clemente V. fuisse non esse irregularem furiosum aut in-  
fremem, aut dormientem, vel occidat; Quia scilicet hi  
infantia hominem mutilet, vel occidat; Quia scilicet hi  
infantia vfu rationis careant, & ideo tales effectus eis non  
imputantur, quoniam non voluntarij, nec deliberati sunt  
& est communis omnium DD. opinio.

Quia verò in iure infantia dicere dicitur a septenniū,  
Dolum esse potest, An si quis ante septennium sit doli  
capax, id est vsum habeat rationis, occidendo alium fiat  
irregulatis? In qua re Host. & Panorm. in c. 1. de delictis  
irregularis, & Villadiego tract. de irreg. in cap. de percus-  
sione, colum. 12. & Couar. in Clem. Si furiosus, par. 3. in prin-  
cipio, de homic. Angelica, verbo, Irregularitas, 1. §. 20.  
versio. Quarta Regula, & Nauar. in Man. cap. 27. num. 230.  
& ibi, tom. 2. consil. 1. numer. 3. de cognat. spirit. & citat  
Hippol. in l. infans, ff. ad leg. Cornelianam de sicarijs, (qui  
reclatur se vidisse, & scire, quod multi infantes in sexto,  
aut septimo anno hodie plus doli, & malitia habent, quā  
clm in 14. aut 15. Id quod testatur B. Greg. in 4. Dialog.  
ca. 8. vbi ait filium quinquæ annorum blasphemiatorem,  
arreptum à Dabolo de vltis partibus in Gehennam, cuius  
meminit S. Thom. in addit. 3. par. q. 43. art. 2. ad 2.) docet  
esse irregularem si constet esse doli capax, quia sic ho-  
micidium potuit illi esse voluntarium. Alij tamen vt Hen-  
riquez lib. 14. lib. 3. §. 4. & Perez in addit. ad cap. 6. Villa-  
diego anno. 39. & 67. rectius docent, non esse irregula-  
rem, tū quia cum irregulatis sit de iure humano; &  
eius libertas sit absque præiudicio tertij, non incurritur  
sine expresso iure tū quia pœnæ proprium casum exces-  
sive non debent, eo maxime quod intentio non faciat  
hominem irregularem huius speciei, vnde & hanc opi-  
nionem veteriorum putat Ioan. de Anania, in cap. pueris,  
de delictis puerorum.

Quibus adde, quod cum maior septennio ante annos  
pubertatis (quæ in iure a septimo ad 14. annum extendi-  
tur) hominem occidat, nesciens quid faciat, nec doli ca-  
pax, irregulatis non erit, sic Anchar. Bonifac. & Imolain  
Clem. Si furiosus, quos refert, ac sequitur Couar. ibi, 3.  
par. in princip. numer. 5. de homicid. S. Anton. 3. par. titu.  
19. del. irreg. cap. 1. §. 3. Villadiego tract. de Irreg. cap. 6.  
de percussore colum. 12. qui ait esse communem. Socin. in c.  
ad audientiam, de homicid. Syluēt. verbo, Homicidium,  
3. quest. 2. versio. Tertium, qui etiam refert Anchar. Ta-  
biena, verbo, Irregularitas, 1. §. 5. & Martin. Ledesm.  
2. quest. 26. artic. 2. de Irreg. pag. 356. colum. 3. in fine, &  
Henriquez lib. 14. cap. 3. §. 4. Quia oportet, vt occiso sit  
liber, & voluntaria homini, saltem in causa. Quoquid  
Gloin. c. 1. in verbo *multum*, de delictis pueror. & Maiol.  
lib. 1. c. 48. in princip. num. 11. versio. Infans quoque, falsò  
dicunt talem esse irregularem.

Et quod de infante dictum est, etiam de furioso dicen-  
dum est, ex dict. Clem. Si furiosus, vbi dicitur, furiosum  
occidentem aliquem, non esse irregularem, cum hic ca-  
reat vfu rationis, & ideo actio illa est ei inuoluntaria, &  
sine consensu, & immunis a culpa, cum voluntas dari non  
possit sine intellectu, & cognitione, furiosus autem in-  
tellectu caret. Vnde Bald. in l. furiosum. C. qui testam. fac.  
possunt, ait, quod qui ante furorem crimen commiserit,  
& processus legitime factus sit, antequam in furorem in-  
cidens, si ante iudicij & sententia executionem in furorē  
incidat, in furorē puniri non potest. Ratio est: quia ratio  
pœnæ potissima est, vt ipsum puniendum afflictione affi-  
cat. Quæ ratio deficit in furioso.

De dormiente verò, si sit similis furioso, dicendū etiam  
est, irregularem non esse, si dormiens hominem occidat,  
quia hic intellecta, & ratione caret, vt habetur in Clem.  
Si furiosus, de homicid. vbi Couar. 3. par. in princip. num.  
1. Maiol. lib. 5. cap. 48. in princip. num. 11. & citat Socin.  
in c. ad audientiam, in 5. quest. principalis q. 12. & Henri-

quez lib. 14. cap. 15. num. 7. & communis DD. opinio, &  
facit c. Merito, & c. Sanè, 15. q. 1. & c. Maiores, §. item quari-  
tur, de baptismo.

34 Dubium decimum tertium est, An si ebrius in ebrietate  
carens vfu rationis occidat alium, sit irregularis?

Prima opinio docet esse irregularem. Sic Cardin. in d.  
Clem. Si furiosus, Syluēt. verbo, Homicidium, 3. quest.  
4. versio. Quintum. Palud. 4. dist. 32. quest. 1. art. 3. Cōclus.  
3. Rich. 4. dist. 15. art. 3. quest. 7. ad 1. & 4. d. 25. art. 5. q. 3.  
in fine. Rosella, verbo, Homicidium, 4. num. 5. Villadiego  
tract. de irreg. c. 6. d. percussore, col. 11. Maiol. lib. 5. c. 48.  
in princip. num. 11. Tabiena, in verbo, ebrietas, nu. 9. §. 8.  
& Barth. Medin. 1. 2. q. 76. ar. 3. ante finem, & allegant c.  
inebriaerunt, & c. Sanè, 15. q. 1.

Secunda opinio negat esse irregularem. Angelica, ver-  
bo, Ebrietas, numer. 3. Castro, lib. 2. de lege pœnali, cap. 14.  
Nau. in Man. ca. 27. nu. 230. qui citat Bonifac. in d. Clem.  
Si furiosus, quest. 26. & Maior. 4. d. 15. quest. 8. Idem ten-  
ent Couar. in Clem. Si furiosus, par. 3. in principio, nu. 3.  
de homicid. & Petr. Nauar. lib. 2. de restit. cap. 1. dub. 8. &  
Toletus lib. 1. Instruct. cap. 27. & cap. 29. & Henriquez  
lib. 14. c. 15. §. 7. Prima opinio fundatur in hoc, quod d.  
Clem. Si furiosus, solum excipit, furiosum, infantem, &  
dormientem, & nihil dicit de ebrio potuisset autem Pon-  
tifex illum exciperet, si voluisset. Secunda opinio funda-  
tur in hoc, quod ebrius occidit carens vfu rationis, & ideo  
eadem est ratio in ea, ac furioso, & dormiente. Et hæc opi-  
nio videtur esse verior, maxime quando quis absque sua  
culpa inebriatus est, esse dolo alterius, & si ignorans vim  
vini captus est sapore illius (vt Loth aut Noe) aut si nihil  
tale de se expertus sit, sed propter gulosam delectationem  
vini absque dolo inebriatus occidit. Ratio est: tū quia  
pœnæ sunt restringendæ, tum, quia ebrietas non est causa  
periculosa homicidij, sed remorè; & per accidens se ha-  
bet, causa verò propinqua est priuatio vfus rationis; tū,  
quia ebrius similis est furioso, c. venter, dist. 35. furiosus  
autem occidens non est irregularis.

35 Dubium decimum quartum est, An qui culpa sua, & vo-  
luntate factus est ebrius, & postea carens omni vfu ratio-  
nis aliquem occidit irregularis sit?

Prima opinio est eorum, qui supra in dubio præced. &  
Caiet. 2. 2. q. 150. art. 4. in fine. dicentium esse irregulatē,  
nec excusari ab homicidio.

Secunda docet non esse irregularem, sed ab omni culpa  
in ebrietate commissa excusari, sic citati supra pro 2. sen-  
tentia, & fauet Gab. 2. d. 22. q. 2. art. 2. Concluf. 3. In hac re,  
duo mihi dicenda videntur.

Primum est, Quando quis culpa sua sit ebrius, & ante  
ebrietate aduertit se in eo ebrietate solitum capere animā,  
& alios ledere, & periculum esse occidendi alios, sic oc-  
cidendo alium in ebrietate, irregularis est, nisi diligentia  
adhibuerit ne tale periculum sequeretur; quia satis est qd  
se voluntarie inebriaerit, & cum periculo præuiso occi-  
dendi alium eo ipso enim quod vult se inebriari cum præ-  
uisione, talis periculi securi in ebrietate, tãquam in cau-  
sa vult homicidium & per consequens irregularis est pro-  
pter tale homicidium sibi in causa voluntarium, & sic in-  
telliguntur cap. inebriaerunt. & cap. sane, 15. quest. 1. vbi  
habetur ebrius delinquentem in ebrietate, non esse om-  
ninò liberum a culpa, & pœna. Idem dicitur in l. respicien-  
dum, §. delinquendum, ff. de penis. Vbi Bart. ex communi  
DD. sententia docet, delinquentem in ebrietate puniend-  
um esse pœna arbitraria. Vnde Arist. 3. Ethic. 8. iuxta præ-  
ceptum Pittaci vnus ex septem sapientibus Græcia, du-  
plicem pœnam ebrijs statuit, vnam pro ebrietate, alteram  
pro delicto commisso.

Secundum est, Qui ex culpa sua ebrius redditur, si vere  
non aduertit prædictum periculum, aut si aduertit, dilige-  
ntiam debitam adhibuit, vt periculum prædictum euitaret,  
tunc in ebrietate hominem occidendo irregulatis  
non incurrit; Quia in hoc casu mors sequitur abiq; volun-  
tate ipsius, & absq; vilo vfu rationis, & ita cum homi-  
cidium nullo modo sit intentum, nec voluntarium sibi, irre-  
gularis occidendo in ebrietate non erit, sic Per. Nau. Hen-  
riquez & Toletus vbi sup. c. 27. & c. 29. ver. obserua primo.



- 16 *Hinc ſequitur, quid dicendum ſit, ſi quis culpa ſua incidit in amentiam, vel culpa ſua ſomnum capit, & poſtea in furore, vel in ſomno aliquem occidit, an ſit irregularis? Quamvis enim communiter dormiens non ſit irregularis, ex d. Clem. Si furioſus, de homicid. & DD. ibi, ſi tamen vigilans aduertit ſe conſueviſſe in ſomno arma capere, & homines offendere, & non adhibuit debitam diligentiam ut huiſmodi periculum evitaret, (puta includens ſe cubiculo obſerato) ſi dormiens aliquem occidat, irregularis erit, & gravius peccat, & clarius ſit irregularis, qui ſomno vitur, ut inſtrumento liberae mahtie ad executionem mali ab ipſo vigilante excogitati, & deliberati, ita ut per ſomnum, tanquam inſtrumentum, exequatur ſcelus praecogitatum. Tunc enim actus in ſomno contingens peccatum eſt eo modo, quo actus exterior eſt peccatum in executione; Sic enim peccatum inchoatur in vigilia, & conſumatur per inſtrumentum ſomni exequutiue. Quo ſenſu vera erit opinio Palu. 4. d. 32. quaſt. 1. art. 3. Concluſ. 3. & Caie. 2. 2. quaſt. 150. ar. 4. in fine. Qui enim in vigilia irascitur, & dat operam ſomno, ut aliquem occidat dormiens, aut qui vigilans homicidium procuravit, nec perſicere potuit, & ea cogitatione dormiens in ſomno aliquem occidit, cum non adhibuit diligentiam debitam, ut occiſio illa vitaretur, ſed ſomno potius uſus eſt tanquam inſtrumento, quo ſolitus eſt alios offendere, occidendo in ſomno, vere homicida eſt, & ut talis caſtigandus, & irregularis iudicandus, cum homicidium illud ſibi voluntarium, & praeviſum ſit; Sin autem in vigilia optabat occidere aliquem, & ſciat etiam ſe ſolitus in ſomnis arma capere, & abiit cubitum cum ira, & forti imaginatione illius, ſi tamen debitam diligentiam adhibuerit, praecavendo ne dormiens alicui noceret, ſecuta morte irregularis non erit, Quia huic homicidium non imputatur tanquam voluntarium; &*
- 17 *quia illa imaginatio in vigilia non eſt omnino certa, nec cauſa propinqua vel efficaciſſima homicidii, raro enim ſolet contingere, & ex altera parte, adhibita eſt diligentia, ne accideret, unde non ſufficit ad irregularitatem cauſandam, ut expreſſe docent Villadiago tract. de Irreg. ca. 6. de percuffore. colum. 13. Marian. Socin. in cap. ad audientiam, num. 24. de homicid. Caſtro libr. 2. de lege penali, cap. 14. verſic. prima principalis Concluſio. Couarr. in Clem. Si furioſus, par. 3. in princip. nu. 6. de homicid. Nau. in Man. ca. 27. nu. 230. in fine. & Henríquez lib. 14. c. 15. §. 7. Petrus de Arragon. 2. 2. q. 64. art. 8.*

### De Irregularitatibus Clericorum ex Homicidio, vel mutilatione prouenientibus. Cap. XVIII.

#### S Y M M A R I V M.

- 1 Clericus quocunque modo cooperator ſit ad homicidium, vel mutilationem, ſecuta morte, vel mutilatione, irregularis eſt.
- 2 Clericus ſanguinis cauſe, non praemiſſa proteſtatione, ſe immiſcere prohibetur.
- 3 Proteſtatio, quam pro rebus ſuis clericus in cauſa ſanguinis praemiſſa debet, quando facienda.
- 4 Clericus denunciatus praemiſſa proteſtatione, ſed animo ficto, ſecuta morte, irregularis non eſt.
- 5 Proteſtatio humana ex animo conformi ei, quod dicitur in verbis, fieri debet, aliter tamen facta irregularitatem non inducit, & quare.
- 6 Clericus, ſi cauſam civilem ad iudicem deferat, an neceſſario praemiſſa proteſtationem, ut evitet irregularitatem.
- 7 Clericus reum captus, cumque iudici tradens, ſi prius proteſtatus non ſit, ſecuta morte irregularis efficitur.
- 8 Clericus, cuius domum ſur nocte ingreſſus eſt, ſi ab eo vulneratus ſit, ita ut poſtea ab alijs captus ſit, & iudici

- delatus, ſecuta morte, non eſt irregularis.
- 9 Clericus videns furem cum rebus ſuis fugientem, ſuo clamore ab alijs accurrentibus occidatur, ſecuta, etiamſi proteſtationem praemiſſerit, irregularis efficitur.
  - 10 Clericus aliquem accuſans de furto, vel iniuria alteri illata, ſecuta morte alterius, etiam praemiſſa proteſtatione irregularis erit.
  - 11 Clericus accuſatus, ſi ſe defendendo mors alterius ſequatur, an & quando irregularitatem incurrat.
  - 12 Clericus crimen proditiōis patriae ad iudicem ſeculare deferens ſecuta morte irregularis non eſt, dummodo proteſtationem praemiſſa.
  - 13 Ius Eccleſiaſticum ius diuinum non deſtruit, ſed perſicit.
  - 14 Proteſtatio ad vitandam irregularitatem neceſſaria non eſt, quando clericus crimen ad iudicem Eccleſiaſticum deſert.
  - 15 Inquiſitores fidei, tradendo hereticum brachio ſeculari etiamſi pro eo non intercedant, irregularitatem non incurrant.
  - 16 Iuriſdictionem clericum temporalem habentes, iudices ſeculares in cauſa ſanguinis abſque irregularitate caſſare poſſunt.
  - 17 Iuriſdictionem temporalem habentes clericum delegare alicui etiam ſpecialiter ſuper cauſa ſanguinis poſſunt abſque incurſa irregularitatis.
  - 18 Iuriſdictionem temporalem habens clericus, ſicut princeps ſecularis ferre poteſt legem, qua aliquid ſub pena mortis prohibetur, nec tamen morte ſecuta irregularis erit.
  - 19 Clericus praesentiam ſuam exhibens ubi quis poena mortis mulctatur, an & quando irregularis efficitur.
  - 20 Clericus, religioſus & beneficiarius ex curioſitate, & ſine iuſta cauſa intereſſentes, ubi exercetur poena ſanguinis, peccant.
  - 21 Clericus, & alij, quando ex curioſitate intereſſe conſecantur executioni ſanguinis.
  - 22 Clericus cauſam ſanguinis nec cognoſcere, nec diſtate poteſt.
  - 23 Episcopopus delinquentem aliquem in carcerem conuictum, ubi breui ob carceris ſqualorem, aut ciborum ſubſtitutionem moritur, irregularis eſt.
  - 24 Carcerem meliorem iudex reo dare non tenetur, quam ſe carcer communis.
  - 25 Confeſſarius, vel Theologus à iudice interrogatus de crimine aliquo, an mortem mereatur, nec ne, an & quando reſpondendo affirmatiue irregularitatem incurrat.
  - 26 Confeſſarius dicendo iudici, ſe non poſſe illum abſolvere, niſi reum morte puniat, ſecuta morte non eſt irregularis, & que huius ſit ratio.
  - 27 Clericus adiuvans chirurgum, vel Medicum ad laeſum ſecundum aegroti membrum irregularis non eſt.
  - 28 Chirurgis, & Medicis membra abſcindentibus, quae Eccleſia irregularitatem non imponit, ſicut iudicibus iuſte reos punientibus impoſuit.
- 1 **Q**uamvis quae haecenus dicta ſunt, ad Laicos ſpectant, poſſunt tamen fieri omnia etiam Clericis accommodari, quocunque enim modo clericus cooperator iudicij fuerit, vel ut iudex, vel ut accuſator, vel alio modo extra cauſam ſibi a iure conſeſſos, ſecuta morte, vel mutilatione, irregularis erit. Quia vero nonnulli cauſas ſunt, qui magis proprie clericos attingunt, ut ſi mors ſequatur, ex eo quod clericus res ſuas apud iudicem ſecularem perantur ex bello iuſto, in quo clerici nonnunquam ad ſe ſolent de his omnibus in hoc capite, & ſequenti agendum nobis erit.